

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Paraphrasis Psalmorum Davidis Poetica**

**Buchanan, George  
Flaminio, Marco Antonio**

**[Argentorati], 1582**

Psal. LXXXV. Benedixisti domine terram suam, etc.

[urn:nbn:de:bsz:31-127882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127882)

Nec puro scelerum vnquam  
 Claudis munificam manum  
 Orex armipotens, quem penes exitus  
 Bellorum, & positis ensibus oria.

O his terq̄s beatos  
 Qui te spe solida colunt.

PSAL. LXXXV. Benedixisti Domine  
 terram tuam, &c.

## ARGVMENTVM.

Sanctissimus vates canit tempus fore,  
 Deum parens cum filium per vnicum  
 Asperrima laui hostis à tyrannide,  
 Cunctisque liberaret humanum genus  
 Malis, & æquum, paxque, cum & clementia,  
 Verumque florent in oris omnibus.

## CARM. GEN. I.

**N**on semper tumidis seruent vexata procellis  
 Aequora, nec gelida riget horrida terra  
 (pruina:

Inq̄ vicem ponunt venti, mare sternitur, aura  
 Mitior in florem torpentes euocat herbas.  
 Nec semper Deus auertis morientibus aurem  
 Durus, & indulgens ira: quondamq̄ fauore  
 Sponte tuum amplexus populum es, vinclisq̄ solutis  
 Seruitq̄, patrias duce te remeavit ad aras.  
 Oblitus scelerum & violati fœderis, iram  
 Lenisti, & parria texisti crimina cura.

N ij

Et nos ergo parens, nostra & spes vna salutis,  
 Respice placatus facilisq; animusq; benignum  
 Accipe: perpetua neue implacabilis ira  
 Sauiat in seros etiam vindicta nepotes.  
 Respice nos melior tantum: quodcunque misera  
 Spirat adhuc anima, te respiciente vigorem  
 Accipiet: populoq; tuo, iam nube repulsa  
 Tristitia, letos hilarabunt gaudia vultus.

Alme parens, bonitate tua complectere fessor,  
 Sperataq; diu iam fructum ostende salutis.  
 Iamdudum expecto, Dominus dum leta futuri  
 Signa det, arcano pulsans precordia motu,  
 Et dabit haud dubie posita placabilis ira  
 Signa secunda: pijs dabit omnia prospera, leges  
 Qui patrias & sacra colent, errore relicto.  
 Ecce salus, ecce incultus bona copia terras  
 Incolet, & lati renouatrix gloria sacri.  
 En bonitas, en alma fides feret obuia gressus:  
 Terra fidem, cælo terras Astræa relicto  
 Sancta colet: comes Astræa bona copia cælo  
 Appluet, & letos decorabit frugibus agros.  
 Et quacunque feret Dominus vestigia, gressus  
 Ante ferent ius factisq; suos: lis, vniq; dolusq;  
 Deseret afflictas per tot iam secula terras.

P S A L M.